

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Agens De Rebvs Ecclesiæ Sacris, & profanis, earumque usu, acquisitione,  
conservatione, & alienatione

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

§. 3. De Precario.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61834](#)

PARS II. TIT. VIII. DE CONTRACTIBVS GRATVITIS.

In reb ff. b. t. VVesenbec. l. 13. ff. 11. 6. num. 8.  
Delata & levi, si tenebitur, in utriusque  
militatem fuerit constitutum. Casus fortu-  
tios non præstabit, nisi vel ad usum non  
concessum adhibuit, vel in culpabili mo-  
ra fuit. Qui sunt casus fortuiti. Barb. in  
tt. de Commod. c. an. nro. 7. Si alicui ait Ca-  
sus in l. est. argem commodavero, quod  
is amicos ad eam invitatrum se dice-  
ret, & id peregit secum portaverit, sine  
ulla dubitatione, etiam piratarum & la-  
tunorum, & naufragii calum constare de-  
bet. Quid autem faciendum sit, cum &  
ta & commodatoris res in pari dilectione  
verlatur, nec simul utraqque servari po-  
teat, ex §. prec. nro. 11. liquet. Vallenf. l. 3. tt.  
15 n. 3. Barb. in Pratermissis h. t. & in c. 3. de  
Pecario.

VI. Quod in Reg. Iuris 25. de R. I. in 6.  
dicitur mora sua cuilibet est nociva, com-  
modatiorum in primis stringit. Nam si ul-  
ta tempus concessum, vel extra usum de-  
terminatum, non restituit, quamvis levissima  
culpa fuerit, ad omnia damna inde-  
secuta tenetur, etiam lucri cessantis, sup-  
ponendo rem acceptam esse in solius ac-  
cipientis commodum. Quod si pertina-  
cier usque ad lentitiam condemnato-  
riam retinere ausit, non solum ad restitu-  
tionem rei, sed etiam valorem ipsius ob-  
ligatus est. Mora non culpabilis à com-  
pensatione lucri cessantis, & datini emer-  
gentis excusat. Nam quicunque res suas  
petenti commoda itadit, eo ipso cen-  
seretur exponere se periculo casuum non  
prævisorum, adeoque nemini innoxio  
imputare potest. Decius in Reg. Unicuique  
ff. de Reg. Iur. Azor. III. l. 7. de Commod.  
6. 9.

VII. Ex commodato duas actiones o-

riuntur. Directa & Contraria. Dir. scilicet tam  
habet Commodator adversus co-mo-  
datarium, & heredes ipsius. 1. ad restitu-  
tionem rei commodata finito ipsius ut u. 2.  
ad estimationem rei, cum res perire, com-  
modatarii dolo, aut culpa. 3. ad interesse propter deteriorationem. 1. secundum ibi. 3. §. se-  
reddita ff. b. t. ubi Paulus Castrensis. id ve-  
rum esse tradit. quando de veriore rem  
esse factam Commodator ignoravit: alias  
videretur remissile. 1. Quis ibi §. 1 ff. de solu-  
tion. Contraria actione imperit Commo-  
datario ad regerendi in magnas impenas  
in recommodata factas. Item si sciens  
Commodator vasa vitiola commodavit,  
quo factum, ut insulae & orumperentur. di. l.  
In reb. §. possunt ff. b. t. Azo in summa l. q.  
tt. 25. Onnatus Disp. 43. S. 3. Az. III. l. de  
Commodato 7. c. ult. Schneidevvin. l. 3. In-  
stit. tt. 15. §. Item is qui. VVesenbec. &  
Vallenf. ibid. Reginald l. 25 Tr. 6. c. 25. nro.  
472. Laym. l. 3. Tr. 4. n. 14. n. 3. Oldendorp.  
classe quarta, Actione 15. VVesenbec. l. 13. ff.  
tt. 6.

§. III.

De Precario.

I. Recarium est Contractus, quo res  
aliqua petenti ad usum conceditur,  
etamdiu, quandiu non revocaveritis, qui  
concessit. l. 1. ff. de Precario. & c. ultimus  
cod. Cuiacius in l. 4. §. sul. de usuc. Vnde  
statim apparet liberalitas quandam spe-  
ciei esse iure gentium receptam. A com-  
modato differt, quod hoc ad certum usum  
& certum tempus expiditum, vel tacitum  
conceditur: precatum vero non ita, sed  
pro libitu dantis revertatur. Quod si con-  
tingat

G. g.

III. DE PAECARIO

ting & interdum nominari certum tempus, tamen intra illud, qui dedit, revocare potest. *Bart. in l.* In *commodato ff. Commodity.* *Gomez. To. 11 c. 7.* addens aliam differencem, quod in *Commodato* nulla possessio translatat in recipientem & *Recommodato.* *ff. de Com. nod.* in precatio autem translatat possessio naturalis, & apud dominum maneat civilis, nisi aliter pactu sit. *I. Et habet § fin. de precario & rbi DD. cura Glo ordinaria.* Ob quam causam precario uentibus datum interdictum possessorium. *I. Quis precario ff. de precario* quod non simpliciter rem detinentibus, sed possidentibus datur. *I. 3. 9.* *Creditores ff. Vip. s. idem.* Cur autem in *Commodato* idem non fiat, difficile est arbitrari. Forte legi iudiciori placuit, propter difficultatem recipiendi Precarium, hoc ei privilegium dare, quandoquidem usus illius non perinde, ut in *Commodato* certus ac definitus est. Vel, ut *Tholosanus indicat l. 13 c. 2.* hic ipso quia petit rem sibi dari possidendum, possessionem accipit. *Habete ait, possessionem videtur ex hac solummodo causa, quia preces adhibuit, & impetravit, in sibi possidere, vel uilicet l. 2. § fin ff. de Precario.* *Tiraqu de constituto. par. 1. n. 4. Sebi Navi. in l.* *Et habet ff. hoc tit. Menoch. de arbitr. Casu 24. Barb. in c. 3. de Precario.*

II. Quamvis, ut diximus arbitrio dannis relictum sit, quoconque voluerit tempore quod dedit, repetere, non faciet tamen illicet ante omnem usum, & commoditym perceptam accipientis, ne fraudulenta machinationis suspicionem incurat, quasi ideo dederit, ut mox resumendo sue sua, & commodity defraudatum illudat. Aha etiam subinde, & melior causa subesse potest, sed nos in uitium credu-

la turba sumus. Consultum idcirco est, ut si quando necessitas id suadeat, causa indicata repetatur Precarium ab eo, cui liberaliter concessum est. *Menoch. de arbitrar. Casu 23. num. 2. Azo in Summa. l. 8. §. 9.* *Abb. c. ult. n. 13. Less. t. 27. nu. 4. Molina Diff. 298.* *Reginald. l. 25. c. 37. num. 480. az. 111. l. 7. hoc tit. c. 2. Layman. l. 3. tract. 4. c. 1. num. 4. Cuiacius l. 5. Observat. c. 20. VVestib. loc. l. 43. ff. 11. 26.*

III. Apud Ostiensem in *Summa, & Gl. c. fin. de Precario.* extant hi VV.

*Ria, Ria, Rium, tria sunt, quibus est caput unum.*

*Ria sunt solita per singula lustra renascentur. Ria sit ad mortem, nec citra vult reponeri.*

*Rium finitur, quando auctor vult renasci.*

Unde tres species Precarii à quibusdam constituta sunt: cum revera à veri Precarii natura deficient, inter se vero accidentia tantum differant. Precaria enim est concessio usque, vel utusfructus ea lege facta, ut is qui rogavit, tamdiu utatur fruaturve, quamdiu vixerit, qui concessit: quia in personis Ecclesiasticis non admittit successionem, sive in beneficio, sive in aliis rebus Ecclesiasticis. *c. fin de Precario & c. 2. 10. q. 1. Tusibus Concl. 473.* Precarie sunt veluti plures concessiones simul junctae, Tholosani iudicio, *lib. 23. c. 2. num. 4.* Alii communiter eas intelligunt, quae post quinque annos renovantur, non tam juris dispositione, quam consuetudine: idque propter periculum oblivionis, & præscriptionis, ne posteri inter hereditariam possessionem numerare videant. Revocatio fieri potest expressè, vel tacite, ut si videns

continet.

PARS II.TIT.VIII. DE CONTRACT.GRATVITIS.

continuari possessionem Dominus diffi-  
cilet. *Gloss. in c. Precaria* 10. quest. 2. & alii  
DD. apud Barbo. *in c. i. de Precario Vallensis*  
*et de Precario.*

IV. Possidere esse precarium rei suæ , ut  
sirem tuam pignori datam à Creditore  
petas ad usum , ipsius arbitrio revocabili-  
lem , non immoritò dabitatur ? *Vlpianus*  
*in l. certè interim ff. hoc tñt. ita respondet.*  
Mihi videtur verius precarium consiste-  
re in pignore , cùm possessionis rogetur ,  
non proprietatis , & est hæc sententia et-  
iam utilissima : quod icidie enim precario  
rogantur creditores ab his , qui pignori  
dederunt. Ita *Vlp.* Unde sequitur schola-  
rem , qui pro debitis oppigneraverit li-  
bros suos , petere ab hospite suo in preca-  
rium posse , iisque uti non jam ut luis , sed  
precario acceptis , & si abusus fuerit , ob-  
ligatum iri non fecus , ac si alieni essent ,  
de dolo , & culpa lata : juxta communem  
omnibus legum in Reg. Jur. 23. Contra-  
et quidam dolum malum duntaxat re-  
cipiunt : quidam & dolum , & culpam .  
Dolum tantum *Depositum* . & *Precarium* .  
Idem habes in l. quæsumus est § . Eum quoque  
ff. hoc tit. *Silv. Precarium* . num. 2. *Reginald.*  
l. 25. c. 36. num. 478. *Tuschus Conclus.* 474.  
*Olivad. Consil.* 135. V. Circa quod atten-  
dendum .

V. Quatuor modis finiri Preclarum  
potest. Primo voluntate ejus , qui con-  
cessit. Is namque ut num. 1. dixi , liberam  
repetendi voluntatem ita habet , ut nul-  
lo pacto loipri possit. *Gomez* l. 2. c. 6. Se-  
condo lapsu temporis , pro quo datum e-  
rat l. cùm precario ff. hoc tit. Tertiò aliena-  
tione , ut si is , qui dederat , venditione ,  
vel alio contractu , modove rem aliena-

vit. Tunc enim nisi in preclarum novus  
Dominus concesserit , Preclarum desig-  
nare necesse est. Quartò denique finitur  
morte ejus , cui fuerat concessum , quia  
privilegium personale est , quod Succes-  
sorem non admittit , vel heredem . c. ult.  
de precario Bart. in Auth. de non alienando  
num. 4. *Tiraguel. de constituto part. I. num.*  
65. *Ang. Silv. & alii summiste Azor III. I.*  
7. de precario c. 3. *Reginald* l. 25. c. 37. num.  
481. At morte concedentis non extin-  
guitur , sed perseverat in heredes trans-  
fuso jure , & arbitrio revocandi l. cùm pre-  
cario ff. hoc tit. *Covarr.* l. 3. *Variar* c. 15. num.  
3. *Aloys. Ricci. in praxi rer. fori Eccles.* Decis.  
75. *Tbolos.* l. 28. *Syntagn.* c. 2. ci. fin. *Cardos.*  
in praxi iudicium V. *Commodatum* num. 6.  
*Barb.* in c. ult. de precario q. 1. Neque obstat  
l. 4. ff. *Locati* , ubi videtur contrarium dici ;  
quia loquitur de Precario ad beneplaci-  
tum concedentis facto : non vero , quod  
conceditur , quousque revoca fuerit.  
*Covar.* l. 3. *Var. licet. Card. Tuschi præst.* Concl.  
lit. P. Concl. 472.

VI. Ex Precario nulla jure civili , ut in  
Commodato directa vel contraria actio  
oritur , sed propter æquitatem naturalem  
competit interdictum de Precario l. in-  
terdict. 13 ff. de precar l. eum qui § . is qui pre-  
car ff. de furto , si nihil caustum est de resti-  
tutione. Si autem dando Preclarum cau-  
tum fuerit de restitutione per stipulatio-  
nem , ex ea agitur , si alio modo , cessat in-  
terdictum l. & habet 15. § . cùm quis ff. h. t. &  
datur conditio præscriptis verbis , quæ  
ex bona fide oritur. Igitur per interdi-  
ctum restitutorum precarii dominus re-  
petit ab eo , qui possidet , vel dolo posside-  
re desit. l. sicut C. de act. l. in traditionibus.

Ggg 2 ff. do

*ff. de pactis.* Item quanti res interest, non restitutum esse cum re precasta data, ab eo tempore, quo petivit fructus consequitur, quodque ex te natum erit. *I. cito.* Interdilectum *l. habet ff. de precar.* Nam qualis data fuit, restituenda res est cum iuribus suis. *I. Quæsumus.* *Ex hoc ff. b. t.* Experitur etiam post annum, & qui dedit precastum, & haeres illius. *9. Ex hoc interdicto & seq. de Preclar.* idque tum contra accipientem, tum illius haeredes, sive habere dolo desierit. Neque haerediti licet usum capere, ut paulo ante indicavi. *Mol. & Az. lo. cit. Tholos. l. 23. c. 2. n. 13. Jason in it de action. S sequens num. 20. & seq. Oldendorp. Classe 4. Att. 16. Cuiatus l. 5. obser- var. cap. 20. V. Vesenbec l. 43 ff. it. 26. & C. it. 8. & 9. Cepola Tract. de servit. Vrb. c. 79. num 9 & sequ. Azo in sum l. 8. §. 9. *Fillius. Tract. 34. c. 9. num. 204. Escobar. Tract. 3. Exam. 2. c. 5.**

## §. IV.

## De Mutuo.

**I.** *M*utuum est Contractus, quo quis alteri tradit rem suam ad usum, & restitutum fiat accipienti, & restitutum postea tantum eiusdem rationis, & qualitatis. *l. 2. ff. si certum petatur. l. 1. 5. Mutui autem ff. de att. & obligationib.* Dicitur Primo Contractus. Neque enim de mutuo materialiter seu objectivè sumpto agimus. *2. quo quis tradit rem suam.* quia ipsa perficitur, non secus, ac Depositum, Commodatum, & Precarium. Res autem pondere numero, vel mensura constare debet. Numerum intellige in rebus quæ functionem recipiunt. Mensuram, quæ res liquidas vel aridas capit, non qua rerum magnitudines & locorum intervalla me-

timur. *Az. 3. l. 7. t. 4. Facheaus l. 2. c. 45. 3. ad usum,* in quo cum Commodo, & Preclaro convenit. *4. ut statim fiat accipientis,* quia, quod in prædictis non fit, rei dominium in accipientem transferatur. *5. & restitutum postea tantum eiusdem rationis & qualitatis.* Nam si statim restitutas, permutatio erit. Eiusdem rationis seu speciei, & valoris seu pretii reddendum, intellige, per se, & regula litterarum. Nam per accidens evenire potest, ut eadem numero res restituatur, si forte proper temporis defectum eam qui accepit, absumere non potuit. *l. 3. ff. si certum petatur. Bart. & DD. in l. 2. ff. si certum petatur. Thib. l. 22. c. 2. Schneidevvin. l. 3. Institut. n. 13. Gomez Tom. 2. c. 6. V. Vesenbec. l. 12. n. 1. num. 9. Tanner. D. 4. Q. 7. Dub. 3. Alciat. l. 2. Paradox. c. 2.*

**II.** *Quinque modis dividitur i. In naturale, & Civile. Naturale, cum reiplabi pecuniam meam, aut simile quid numerio. Civile vel est simpliciter tale, vel est civile, cui ipsa natura suffragatur. Simpliciter civile Sola Iuris civilis potestate vim habet, ut si filius fam. ex peculio prosectorio dederit mutuò pecuniam, fictione iuris Pater de filio censemur, cui idem reddere debes, non filio. Item, si deposui apud te 100. aureos, cum permissione ulius, iuris fictione censem numerasse & dedisse 100. mutuò. Mutuum civile, cui natura suffragatur, est, quando quis promisit alteri per stipulationem date mutuò pecuniam, & stipulationem ipsam statim consequitur numeratio, vel proxime precessit. *l. Si ita stipulatus fuero ff. de verb. oblig. Stipulationem enim ius civile introduxit: at natura ipsam numerationem. 2. ratione materiae aliud mutuum constituit.**

in nos.